Fragmentarium

atus sui penam et confessio-
nis latro premium sumpsit.
concede nobis tue propitiati-
onis effectum: ut sicut in
passione sua ihesus christus
noster diversa utrisque intulit
stipendia meritorum: ita
nobis ablato vetustatis
errore resurrectionis sue
gratiam largiatur. Qui tecum.
Prophetia que legitur sine ti-
In diebus illis. Dixit tulo
dominus ad moysen
et aaron in terra egypti.
Mensis iste vobis prin-
cipium mensium. primus
erit in mensibus anni. Loqui-
mini ad universum cetum
filiorum israel et dicite eis.
Decima die mensis huius
tollat unusquisque agnum
per familias et domos su-
as. Sin autem minor est
numerus ut sufficere possit
ad vescendum agnum.
assumat vicinum suum
qui iunctus est domui sue
iuxta numerum animarum que
sufficere possint ad esum

Exod. cap. 12

agni. Erit autem agnus
absque macula. mascu-
lus anniculus. iuxta
quem ritum tolletis et
edum. et servabitis eum
usque ad quartam decimam
diem mensis huius. Im-
molabitque eum universa
multitudo filiorum israel
ad vesperum. et sument
de sanguine eius. ac po-
nent super utrumque postem
et in superliminaribus do-
morum. in quibus co-
medent illum. Et edent
carnes nocte illa. assas
igni. et azimos panes
cum lactucis agrestibus.
Non comedetis ex eo cru-
dum quid. nec coctum aqua.
sed assum tantum igni. Caput
cum pedibus eius et inte-
stinis vorabitis. et os
eius non confringetis. nec
remanebit ex eo quicquam
usque mane. Si quid re-
siduum fuerit igni com-
buretis. Sic autem come-
detis illum. Renes vestros

SALA BREVENTANI

License: cc-by – Bologna, Archivio Generale Arcivescovile, Bologna, Archivio Generale Arcivescovile, Raccolta Breventani, scansia H1, cart. I, 16, c. 2r – Missale (https://fragmentarium.ms/view/page/F-inz5/2322/35599)